5

DE

HAEMORRHAGIIS.

DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

ALMA LITERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA

UT SUMMI

N MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE SIBI CONCEDANTUR

DIE XVII. M. JANUARII A. MDCCCXLIV.

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

Gustavus Theodorus Alexander Unger

BEROLINENSIS.

OPPONENTIBUS:

J. THAETZ, med. et chir. Dr.

W. LORENZ, med. et chir. Dr.

F. ELLENDORF, med. et chir. Dd.

BEROLINI,

TYPIS FRATRUM SCHLESINGER.

Miseris succurrere disco.

CAROLO SALTZMANN,

REGIO CAUSARUM PATRONO,

SORORIS MARITO VENERABILI ATQUE DILECTO

HASCE

STUDIORUM PRIMITIAS

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

PROOEMIUM.

Brevi tempore studiorum meorum in clinicis factorum di-
ersis, multos videndi aegrotos quidem occasio mihi data
st, valde paucos tamen deprehendi morbos, qui jam saepe
viris doctissimis descriptis, denuo describendi mihi vide-
entur, neque ullum, qui nondum adumbratus, observationi
ıeae longum per tempus traditus esset. Quare talem de-
cribendum mihi proponebam, qui brevi decursu atque im-
etu rapido necante, quod attinet ad diagnosin et curam
ıedico res esset celeris observationis atque judicii.

Celebcrrimus Truestedt, praeccptor mihi aeque ve-
ıerandus ac dilectus, omnium primus haemorrhagiarum mo-
ıenta variarum earumque dignitatem animo saepissime meo
roposuit: simulatas veris, colliquativis criticas discernere in
oliclinico V. Cl. docebar. Quamvis quidem aegroti plerum-
ue in stadio demum secretionis, et medici oculo mentali
t vitae hominis affecti maximc ancipitc, quin etiam postea
uxilium petant, variis tamcn in individuis stadia varia in
ıosocomio regio, viris praeclarissimis Wolff et Schoen-
ein ducibus, observaro accuratiusque cognosccrc mihi li-
ebat; praecipue autem Kluge, vir celeberrimus atque

humanissimus instituti obstetricii moderator, eo quod de vehementissimis metrorrhagiis oppugnandis disseruit, therapiae fines multum mihi distulit. Licet vero opusculum hocce ab doctissimorum virorum libris longe superetur, ex studiis tamen theoreticis atque observatione mea propria imaginem saltem claram me consarcinasse credo: quare ut lector judex mihi tironi mitior esse velit, quam maxime rogo.

LITERATURA.

SAM. GOTTL. VOGEL'S Handbuch zur Kenntniss und Heilung der Blutflüsse. Stendal 1800. 8.

J. P. FRANK, Epit. etc. L. V. P. 11. p. 1—203.

G. A. SPANGENBERG, über die Blutflüsse in medizinischer Hinsicht. Braunschweig 1805. 8.

G. HEILMANN, dissert. de epistaxi. Würzburg 1801. 4.

J. BURSERIUS, Institut. med. pract. Vol. III. pag. 310—318. Vol. IV. p. 17—36; 407—13; 483—88.

Quam valde viri de medicina meriti morborum conjunctionem simplicissimam peterent, ut diagnosi velociter facta, cura quoque, nisi impossibilis, facilior esset, neminem, qui medicinae historiae studebat, certe fugit. Systemata conformabantur. Saecula diversa diversos quoque viros atque principia prodebant, et tantum dicere, omnia systemata, in quibus symptoma singulum ad morbi familiam sufficeret destinandam, morte digna fuisse, mihi liceat. Nam hoc modo fieri non poterat, quin varii morbi penitus incongruentes in unum genus conjungerentur, quod eo magis mixtum esse debebat, quo minus hoc ex symptomate propria morbi natura cognosci potest. Si igitur antiquissimis temporibus jam sanguinis effluxus ad genus haemorrhagiarum constituendum sufficiebat, quod non solum huic morborum generi morbi diversissimi adnumerabantur, sed etiam complures revera haemorrhagici, quorum sanguinis discessus oculo animadverti non potest, hic frustra quaeruntur, id non mirum videtur. Quo modo homines permulti diagnoseos falsissimae, quamobrem curae quoque obnoxiae, victimae moriebantur.

Linnaeus multo prudentius egit, qui ad plantarum systema ordinandum staminum praecipue numero usus sit, nec tamen relationem eorum inter se atque alia plantae

gana neglexerit. Atque certe in systemate nosologico, od attinet ad morborum genera constituenda, eadem de-t adhiberi methodus, quae symptomatum relationem inter rectamque eorum taxationem aestimationemque pro fun-mento habeat. Effluxus enim sanguinis quum solum acci-ntale aut criticum symptoma, tum totius morbi est acumen; apoplexia pulmonali e. g. sanguinis profluvium est morbi me, in phthisi pulmonali autem symptoma accidentale, itica saepissime est epistaxis in encephalitide.

HAEMORRHAGIARUM DEFINITIO.

Nos igitur haemorrhagiarum nomine complectimur illas orborum formas, quarum acme est sanguinis et quidem rmalis sanguinis ex continentibus vasis effluxus. Ideo quac-nque alia et critica et symptomatica sanguinis profluvia illis separamus, ut haemorrhoides, scorbutica stillicidia quamvis internam vasorum ruptionem etc., atque commu-m haemorrhagiarum generis imaginem, ingentem illam far-ginem, omnibus ingeniosis hypothesibus atque historicis dnotationibus omissis, magis contrahere quam extendere tque singulas specierum aberrationes ad generalia generis gna reducere tentabimus.

ACCUMULATIO SANGUINIS IN CORPORE SANO.

Functione cujuslibet organi magis impulsa, capillaria jus vasa uberius sanguine implentur. Lingua inter mandu-ationem tumescit, pallida ventriculi tela mucosa inter di-

gestionem rubescit; idem phaenomenon nulla causa materi intercedente in genis efficit pudor, atque copiosior propt propriam structuram anatomicam sanguinis accumulatio sub tanea in erectili penis tela observatur; quin etiam in femin corpore non solum periodicus ad uterum sanguinis conflux existit, sed etiam transit in statu sano in effluvium. Om haec phaenomena sunt integrae sanitatis functiones, qu sponte iterum evanescunt.

ACCUMULATIO SANGUINIS ABNORMIS SEU CONGESTIO.

Quando sanguinis accumulatio seu nimia ex irritatio seu propter causam permanentem in aliqua parte resistit, ut normalis turbetur partis functio, morbosaque acced symptomata, hic status ex antiquissimis temporibus conges nominatur, quae primum processus haemorrhagici stadi constituit, atque postea in secundum excretorium abit s dium, ut statu in sano fluxus menstrualis excipit mensi molimina. Decursus morbi autem in duo stadia divisio, qua vis continua sit quaevis evolutio organismi, propter no in stadio secundo indicationes ideoque medendi rationem n tandam, praxi satis probatur.

SEDES MORBI.

Quamque corporis partem arteriis venisque praedi causaeque nocivae vel directe vel indirecte accessibilem, s guinem per corpus circulantem attrahere posse, ex di

quet, nec minus embryi successiva organorum evolutione
tet. Quod autem sanguinis attractio haec morbosa seu
ngestio non aeque frequens est, id maximam partem in
avis corporis parte de anatomia organorum multifaria de-
endet structura. Quo magis vasis carent, quo firmioribus
urioribusque constructa sunt elementis, eo rarius haemor-
agiis afficiuntur. Ossium igitur stillicidium rarissime obser-
atur; contraria autem haemorrhagia cerebralis propter mas-
ac mollitudinem vasorumque ubertatem morbis frequentibus
dnumerari debet. Nihilominus compluribus in organis, quam-
is eorum telae multis vasis instructae sint atque expansioni
atis loci praebeant, eoque sanguini irruenti facile cedere
ossint, e. g. in musculis fere nunquam haemorrhagiae re-
eriuntur. Functio organi potius, quod attinet ad frequen-
iam, multum valere videtur. Quo similius enim sanguini
jus secretum est, eo frequentius ibi morbus oritur. Quam-
brem in utero, cujus secretum normalem ferme aequat san-
guinem, atque telis mucosis frequentissime obtinet sedem.
Quod non mirandum est, quia menstruatio quasi praedispo-
sitionem ponit ad haemorrhagias, praesertim cum saepe ipsa
transeat in metrorrhagiam, atque telae mucosae causis exter-
nis satis sint subjectae. Species principales, quas haemor-
rhagiarum generi adnumeramus, sunt hae: haemorrhagia
cerebralis, spinalis, pulmonalis, bronchialis, narium, ventri-
culi, recti, renum atque uteri.

SIGNA CONGESTIONIS.

Congestio ex hisce constantibus, quae ex natura ejus

profluunt, signis cognoscitur: sanguinis copiosioris affluxu sensum efficit caloris aucti, qui, organo profunde sito, subjective ab aegroto solo animadverti, objective autem, ubi locu affectus superficiei propinquus est, non solum manu tangent sentiri, sed etiam thermometro mensurari potest. Congestion crescente, cum caloris sensus vividior intrat, tum sanguini impetum propter intensiorem accumulationemque nova incipi sensuum series, quae inde consequitur atque hocce habe fundamentum materiale. Proxime lumine vasorum dilatato loci affecti rubor mutatur, qui propter distributionem vasorum multifariam atque majorem minoremve sanguinis affluenti velocitatem valde differt. Una cum dilatatione vasorum capillarium volumen pondusque organi affecti augetur, quam rem cadaverum sectio clarissime confirmat. Oppletio autem subjective gravitatis sensu auctae animadvertitur. Quare illi aegroti quibus apoplexia cerebralis instat, caput non erigere, sed a pectus demittere solent; in apoplexia pulmonali grave pondu in pectore jacens sentiunt; vis interna, metrorrhagia imminente uterum in vaginam detrahere videtur etc.: uno verbo, sese unum alterumve organon habere aegroti sentiunt. Aequipondi harmonia, quae statu sano, quin ullius organi existentia animadverteretur, impediebat, nunc sublata aut turbata, hocce injucundo existentiae sensu sese manifestat, ita ut, congestione ventriculum petente, commune hominum redditum sit dictum sese ventriculum sentire.

Quum autem gravitatem organi crescentem extensio comitetur, necesse est, ut, si organon parietibus est circumdatum eorum resistentiae respondens, plus minusve vivax sensus contactus oriatur, qui coarctantem imitatur pressuram, velut

ectus angustius esse, cranium dirumpit aut ferreo annulo omprimi videtur; quas imagines, quasi nervorum phantasmata ensitivorum, externas substituens causas internis, suscitat imanatio. Quo magis sanguis coacervatur ideoque pressio innsior fit, eo vehementius pro energia insidente nervi reagunt fecti loci, ita ut sensus existentiae merus in prurientem entemve dolorem, atque accelerata vasorum actio in veheentem transeat pulsationem topicam.

Praeter haec cuivis loco affecto communia congestionis gna, calorem ruboremque auctum, oppletionem atque expanonem eorumque modo expositas séquelas, non minor exstat imerus effectuum, qui inde consequuntur, atque ob oeconoiae consensum humanae mirabilem, suas vicissim caussas epe producunt, augent, multiplicant. Quum enim congestio ritamentum quasi heterogeneum ducenda sit, quodvis organon o natura sua ejus irritationem sentire debet, atque eam pellere tendit. Congestio ad caput e. g. sensuum perturitiones prodit, visum nigrum, susurrum, gravem auditum, irditatem, lassitudinem, omnium laborum fugam, somni cuditatem; attamen turbulentos somnos, quin etiam extremitaum gravitatem earumque hebetudinem. Capitis oppletionem on deesse, ex dictis liquet, atque congestionem carotidum et emporalium pulsatio, oculi injecti, genarum rubor, capitis dor satis demonstrant. Apoplexia spinali instante, tam veemens medullam arripit caloris sensatio, quae praecipue ad iferiorem ejus partem quasi concentratur, ut aegroti aquam rvidam dorso superfundi credant, quem sensum modo sinularum partium paralyses incipientes sequuntur, ita ut magno um labore neque sine dolore dorsum flectant; ferreus annu-

lus saepe iisdem abdomen comprimere videtur. Huc acced extremitatum torpor, alvi obstructio, ischuria. Morbo aut ex onania orto plerumque longius breviusve praecedit lassit viriumque prostratio; tum subitaneae celeriter in opisthoton transeuntes intrant convulsiones, qui denique in tetanum pa lysinque perfectam abit. Congestio ad canales aëropho propriam excitat tussim, brevem, superficialem, non ex int pectore resonantem, atque vocem reddit modice rauc Haemorrhagiae pulmonali, ac leniori quidem ejus formae, ctoris loquendo movendoque crescens, plerumque circumscri oppressio, dyspnoea vera praeire solet; vehementiori au formae congestionis stadium fere semper deest, vel potius breve esse solet, ut rarissime animadvertatur. Idem de p ctorrhoeae stadio congestivo, nisi interdum intrat tenesmus, potest. Congestionem renalem, regione lumbali dolore prem omissa, comitantur dorsi rigiditas atque spasmi clonici ab sacro incipientes, per regionem lumbalem secundum uret decurrentes, ita ut testes ad abdomen sursum attrahan Dolor similis congestionem ad uterum indicare solet, qui li menta rotunda sequens, in symphyseos regione desinit. E taxi saepissime narium unius lateris sensatio pruriens, etiam ardens praeit, quae nervos ad sternutationem inci praeterea congestionis signa ad caput adesse solent. Symp matibus, quae non ex morbi natura profluunt, sed de or norum affectorum physiologia dependent, secretionis muta nes affines sunt, quae transitum formant in stadium secund Haemorrhagias frequentissime in utero esse jam commer ravimus; quaeritur ideo, num una cum congestione ingr organi secretum deprimatur an augeatur. Secundum Scho

in semper deprimitur, ut in organis externe sitis manifesto dendum sit. Alii contrarium quidem contendunt, et saessime ex naribus, non praemissa ariditate, mucum copioım simul cum sanguine effluere non negandum. Id vero, cretione diminuta eandem augeri, inter omnes constat, quae nsim sensimque oppletione crescente sanguine apparet tincta, que dum sanguis purus atque clarus copiosissime effluit. ultum nostra certo scire interest, num tinctus ille pigmento odo an cruore efficiatur. Massa ex sanguine excreta, quae iidem, priusquam apparuit, varie esse mixta potest, est ixta e. g. cum muco puro aut intestini contentis; macerata ioque esse potest influentiis chemicis, ne de aliis loquamur, ıcco gastrico. Symptomata sanguinis effluxum comitantia stinctius postea sunt contemplanda.

DECURSUS.

Ex iis, quae ad naturam processus nostri morbosi attient, atque ex contemplatione sedis morbi, sicut ex conjuntione cum extravasati quantitate, vehementiaque functionis ıesae efficitur, morbum nostrum modo valde vario decurrere osse. Aliae formae non modo acutae, quin etiam acutissiıae, ut impetus nonnullis horis praeterlapsis, immo nonnullis inutis, jamjam finitus sit, quod in apoplexia cerebrali saeissime est observatum; aliae morbi in decursu vulgo chroico, rariis intervallis atque impetibus periodice ingredientibus, uae vero res semper causis efficitur externis, apparent. Item ero in morbi acme nutatio illa observari potest; quae perio-

dicitas, ut ita dicam, ex astris (sole et luna) dependere mi videtur, atque in cura instituenda bene est respicienda.

REACTIO.

Febrem corporis pathematis localis reactionem, quae vasis cognita, varia esse potest, contemplamur.

1. Febris primaria, quae morbo incipiente, congestion stadio oritur, atque ex ejusdem irritatione efficitur, qu aegroti sive idoneam sanguinis copiam sive abundanti possideant, ut organismo reagendi vis insit, cum erethis aut synochae charactere ingreditur. Schoenlein saltem l in casibus nunquam torporis observabat characterem. Ist vero haemorrhagiae praesertim nominabantur febres haemorrh gicae; sed quod omnino hae febres oriantur, id si omittit istas, in habitu plethorico, in juvenibus, crebro inveniri ger umque morborum endemium seu epidemium esse inflammat rium, ab organis periclitantibus pendere videtur; apud ha morrhagias in organis supra diaphragma crebro, infra di phragma minus apparet. Secretione incipiente plerumq febris evanescere solet, aut valde diminuitur. Sed sangui jam effuso, in morbi acme (rarius quidem apud homin vetustos atque in haemorrhagiis infra diaphragma) intr potest, quibus in casibus

2. Febris secundaria appellatur, tum aut sanguinis eff sequela aut dissolutionis ejus esse potest, praesertim c magna extravasata diutius retenta macerentur. In casu pri febris cum torporis charactere, sicut anaemiae sequela videt ingredi solet; in secundo autem signa etiam accedunt putr

entiae: pulsus parvus, filiformis, irritatus, celer, vix nume-
ıdus, lingua ardens, sicca, rimosa, nares fuligine obtectae,
is arida, calor mordax aut sudor profusus, tenax, ecchy-
ses sub cute, miliaria, sanguinis effluxus foetidus, lassitudo
hementissima atque depressio mentis. Schoenlein nervos
n raro esse participes contendit, quod e. g. periodicitate
emorrhagiarum cognoscit ingredientium. Haemorrhagia non-
nquam inopinate desinit, caussa autem omni deficiente aperta
vertitur, aut haemorrhagiae alteratio cum nervorum affectione
paret: haemorrhagiae vehementissimae in organo aliquo
bito desinunt, atque eas symptomata nervosa fortissima
gano in affecto sequuntur; quibus superatis sensim haemor-
agia denuo incipit. In utero hoc modo haemorrhagiae at-
e convulsiones vicissim observantur. In aliis casibus hae-
orrhagia nervorum affectionem sequitur, hac incipiente, illa
sinit, praecipue apud feminas hystericas haemorrhagia affe-
ıs. Quando nervorum affectio ab utero ad ventriculum,
ematemesis, quando ad cerebrum transit, apoplexia succe-
; quo in casu nervorum affectio cephalaea hysterica ap-
llatur.

AETIOLOGIA.

Haec familia, quum congestionis stadium sine ulla causa
cidente sequatur, nihil aliud nisi congestionis evolutio natu-
lis esse videtur; caussae quoque in easdem, ut omnium
ngestionum, dividi possunt: in externas seu periphericas
que internas seu centrales.

Quum nemo hominum caussas externas, conditionibus

telluricis effectas effugere queat, ac secundum naturam i variis aetatis periodis morbus varia congestionis stadia per currat, nulli aetati, nulli sexui parcit. Attamen quod attin ad variam evolutionem et stationariam et cyclicam, in hc illove organo secundum systematis vasorum praevalentiam, h aut illa aetate sive crebrior sive rarior animadvertitur: i frequentiam ab anno septimo aut octavo augeri usque ad a num octavum decimum aut vicesimum quintum, quo summu adepta est gradum, videmus; exinde ad annum quadragesimu diminuitur, tum autem ad sexagesimum augescit.

Eadem ex caussa hieme atque veris initio systemat respiratorii haemorrhagiae praevalentes cernuntur, aestate o ganorum abdominis. Inter efflorescentiam magis supra di phragma, inter involutionem magis abdominis organa pericl tantur. Conditio contraria apud feminas, functione sexu praevalente, in evolutione efficitur, quo in tempore m xima haemorrhagiarum frequentia ponitur.

Alia caussa interna in constitutione corporis jacet, si dispositione hereditaria sive incitamentis externis effecta, v lut liberi parentibus phthisicis geniti jam primis annis cor pluribus objecti esse videntur haemorrhagiis. Haemorrhc darii etiam liberis dispositionem communicare solent, qu jam in infantia saepissime epistaxi laborent, quae postea abdominis haemorrhagias transire potest. Praeter has nondu satis declaratas multae demonstrant aliae constitutiones her ditatem haemorrhagicam. Ne de aliis loquamur, ut de ha mophilis, medicis ab Anglicis atque Americae septentriona primum descriptis, omnia unius familiae membra, nec t raro ac videatur, observabantur, quorum laesiones minim

rofusas secum ferebant haemorrhagias: ictus hirudinis aut ens extractus lethalem procreare potest haemorrhagiam. alis dispositio in familiis saepe generationes permultas perequi potest, ita ut traditione apud eas regula facta sit, ut e minimae quidem operationi chirurgicae, ut venaesectioni, ese subjicerent. In Anglia familiae cuidam Brown haec ispositio iam per centum et quinquaginta annos inest; quare asse intentior factus, haemophiliam in aliis quoque regioibus, praecipue viniferis non tam raram animadvertisse sese ontendit. Meckel et Schoenlein nonnunquam hanc disositionem observabant; hic autem vinum recens atque id e nalis paratum momentum haemophiliae causale procreasse enset.

Praeter casus supra memoratos, constitutio quoque alia rebrius provocat haemorrhagias, quae non hereditaria sed lispositio intrans nominanda sit: dico plethoram, in qua sanguificatio tantopere praevalet, ut cibi minus nutrientes sanguinis copiam magnam parent, qua quidem in re nationalitas, it ita dicam, multum valet ad haemorrhagias procreandas. Quum enim sanguificatio partim a videndi dependeat ratione, norbum apud Mongolos, maxime secundum naturam atque parce viventes, rarius quam apud populos caucasios apparere videmus, et in his crebrior apud eas gentes, quibus cibis ruendi valde nutrientibus validisque est potestas, ut apud Anglos, quorum nutrimenta inprimis ex substantiis animalibus parantur.

Momentis principalibus crebrioribusque hujusmodi commutatio atmosphaerici (seu comminutio seu auctio) adnumerari potest. Ex physice, quantam vim atmosphaera exserat mutata,

satis cognitum est; qua quidem medici vi physicali sub cucur- bitularum forma cruentarum atque siccarum utuntur. Dimi- nutio pressionis atmosphaerae, quae haemorrhagias organoru externorum conformare potest, variis conditionibus efficitu climaticis. Ita peregrinatores ex vallibus montes ascendente altos saepissime his haemorrhagiis subjecti sunt. Maxim oscillationes minimae easdem producunt, si subito fiunt, prae- sertim quando commutationibus temperiei respondentibus comi- tantur, quod calor propter vasorum extensionem capillariu congestionibus favet, frigus autem contractionis caussa e diminuit. Quae quidem conditiones maximi sunt momenti a haemorrhagias efficiendas earumque extensionem geographi- cam. Quamobrem in his regionibus, ubi barometri oscillatio- nes minores atque temperiei modus satis est stationarius, mor- bum nostrum rarissime ingredi videmus; apud nos autem no omnibus solum temporibus crebro, sed epidemius endemiusque etiam in aequinoctiis barometri oscillationibus normalibu morbus apparet. Apoplexias saepe inter hebdomades tantu nonnullas ingredi satis constat. Hoc loco haemorrhagiae quo- que sporadicae, quibus homines in temperie magnopere auc occupati, atque deinde frigori exponere sese coacti, subjec sunt, commemorari debent. Ex illis potissimum sunt fabr pistores, coqui etc.

Praeter causas et externas et internas maximam parte non evitandas, multa alia momenta adjuvantia, magis minus effugienda, momenta occasionalia, adesse possunt. Huc om- nia pertinent, quae aut totum vasorum systema, v. c. affe- ctus psychici, aut singulas ejusdem partes incitare valen ut abusus spirituosorum in dispositione apoplectica cerebral

ut inhalatio aëris materiis alienis irritantibus contaminati in dispositione apoplectica pulmonali, sicut observatur apud politores atque lapicidas. Incitamenta ejusmodi etiam emetica in dispositione ad haematemesin, diuretica, praecipue terebinthinae abusus in renum haemorrhagiis, pellentia in metrorrhagiis, purgantia in intestini haemorrhagiis etc. sunt, congestione effecta.

Praeterea haemorrhagiae ex actione cordis aucta non sunt praetereundae, etenim saepissime apud apoplexiam cerebralem atque pulmonalem hypertrophia cordis est causa efficiens. Bichat distributionem pristinorum medicorum in haemorrhagias per rhexin, diapedesin, anastomosin, diaeresin, diabrosin, quod attinet saltem ad idiopathicas, commonstravit.

EXITUS.

Haemorrhagiae item varie, ut efficiuntur, finem habent. Exeunt quidem aut in sanationem perfectam aut imperfectam, aut in alium morbum aut in mortem.

Sanatio perfecta semper crisibus introducitur topicis, quae, quando morbus febri comitatus, crisibus generalibus sustineri solent. Morbus sub iisdem signis, ut progressus erat, retrogreditur. Profluvium sanguinis sensim sanguidius atque minus fit, liquorque solum sanguine tinctus effluit, ita ut denique mera secretio aucta nullo sanguine admixto relinquatur. Quae crises topicae omnibus in speciebus quovis in loco affecto observantur, eundem finem appetentes, ut sanguinem nunc quasi corpus alienum considerandum ex organismo eliminent, quod quomodo in organis,

quibus haemorrhagia inerat, efficiatur, valde discrepat. Discrimen autem maximam partem ponitur in hac re, utrum sanguis in cavitates apertas an conclusas sit ejectus; primo in casu telae mucosae secretum auctum edunt, quo cruor coagulatus, parietibus inhaerens, de membranis solvitur atque detruditur, ut in epistaxi manifesto observari potest. Mucus igitur sanguinem solutum excipiens, vario modo tingitur atque sub forma muci fusci in lucem educitur. Quum autem coagulum inhaerens interdum diu in cavitate remaneat, saepe sub morbi finem massae sanguinis dissoluti secernuntur, ut in haemorrhagiis ex ventriculo atque intestinis. Sanguis quando effluxit in cavitatem conclusam, processus topicus valde mutatur: secretione etenim aucta damnum hoc loco augeretur, quare amotio contrario efficitur modo, resorptione quae, quando sanguis membranis circumdatur serosis, facile natura ipsa perficitur, ut in cerebri ventriculis. Ubi autem ut in cerebri substantia atque medullae spinalis talis apparatus non adest, ibi processus mirabilis ad hunc finem introducitur; quod extravasatum nusquam defluere potest (autores nonnulli quidem interdum per aures et nares evacuari sanguinem contendunt), organum natura resorbens creat: inflammatio circa extravasatum oritur, qua sanguis una cum adjacentibus cerebri partibus in pulposam mutatur massam; nonnullis diebus post cerebri circumdantes partes durescunt atque sparsim sanguinis puncta observantur, si vis, granulationes. Quo tempore sanguis adhuc cum parietibus circumdantibus est conglutinatus; postea facilius ab iis discerni potest, atque nunc substantia cerebralis membrana tenui intestinorum membranae villosae simillima, est obtect-

steriore tamen tempore omnino laevigatur, serosum mem-
ana liquorem secernit, qui sanguinem nunc a circumeuntibus
rebri partibus separat, ita ut libero in cavo natet. San-
inis quantitas inter huncce processum valde imminuitur, ita
gutta sanguinis sola relinquatur, atque postremo cysta
ta liquore modo seroso impleatur.

Nunc organon, inutile redditum, reformatur; interdum
ro hoc in statu remanet, ita ut haec pathologica existet
asi formatio abortiva, plerumque tamen liquor iterùm re-
rbetur, parietes liquorem evanescentem sequentes, sensim
bi appropinquant ac denique sub cicatricis forma concrescunt,
cernuntur autem ab eadem certissime structurae rigiditate
que firmitate: substantia griseo flavescente colore, alcohole
ırata, fibrillas cerebrales in eandem progredientes non
stendit. Aliis in casibus parietes sese non tangunt, sed
ssuram tela cellulosa impletam inter se relinquunt, quae
terdum sero repletas cavitates conformat, ut pleurae post
leuro-pneumoniam concretae cum pulmone. Reactio igitur
rimum, tum sacri serosi fictio, resorptio liquoris atque re-
onstructio organi resorbentis observatur. Una cum resor-
tione functio ad statum normalem redit, sensim vita psy-
hica atque vires motoriae et sensitivae restituuntur. Haec
estitutio certum sequitur ordinem: primum quidem linguae
nobilitas inferiorumque extremitatum redit, tum brachii, po-
teaque manus, longiore autem tempore musculorum facici.
Jbi resorptio plane perficitur, sanatio perfecta. Crises ge-
ıerales nunquam desunt, aegroto febricitante, quod plerum-
que in haemorrhagiis acutis invenitur, in renum atque cutis
secretione aucta apparent. In febri torpide decurrente autem

desunt, ubi, si aegrotus sanatur, symptomata febrem torpi-dam constituentia sensim mitiora fiunt, denique desinunt atque in statum afebrilem transeunt. Attamen aegroti etiam sanati nequaquam effugerunt periculum, quia organo affecto magna remanet irritabilitas atque vulnerabilitas, quae non solum caussa fit morbi saepissime redeuntis, sed ansa etiam aliorum morborum, praesertim inflammationis; quo quidem saepius morbus redit, eo magis dispositio excolitur. Quare aegroti sanati medico in posterum etiam curandi sunt. Interdum alia methodo natura utitur ad sanguinis retentionem: aegroti lipothymia subito afficiuntur, sanguine adhuc magna cum ve-hementia effluente, tum effluvium desinit. Quas lipothymias ne cum illis syncopis confundas, quae multum sanguinem jam ejectum sequi solent; neve remediis adhibitis disturbes valde caveas.

Exitus in sanationem partialem. Licet quidem naturae saepe, sanguinem extravasatum eliminare, contingere negari non possit, eoque omnia symptomata physiologica sanguinis irritatione provocata auferri, nihilominus vi medica-trice non sufficiente atque labore ipso curandi varia mali vestigia remanere solent, quae omnia aut sanguinis amissi sequelae sunt, aut ex organismi perturbationibus materialibus sanguine extravasato, originem ducunt. Primum, quod attinet ad sequelas, irritabilitas vehemens systematis vasorum inveni-tur, quae saepissime post haemorrhagias chronicas observatur copiosas, sive profecta ex generali debilitate, sive residuum congestionis atque extravasati sanguinis, sive labore vis me-dicatricis producta. Aegroti hoc in casu propter vividam cordis actionem florentem, ut videatur, faciei colorem sibi

rvant; attamen pulsus irritatus atque celer existit. Minimi
ɔores atque excitationes illico vehementes cordis palpitatio-
s provocant, aestus volatilis, rubor pallorque obducit genas,
ando etiam cellam perambulant, ita, ut sese sanguine quasi
lido superfundi sentiant. Crescente irritatione perpauco jam
10, coffea, thea virid., in ingentem excitantur modum.
ıae quidem signa saepe diagnosin falsam efficiunt, quum
;illime cum degenerationibus cordis organicis commiscean-
:; hic autem error modo percussione atque auscultatione
groti tranquilli evitari potest, quippe degenerationes sono
tis aberrante dijudicantur. Proxima autem sanguinis jactu-
: sequela atque manifestior signa sunt inanitionis sanguinis,
ae aegroto subjectivis sensationibus symptomatibusque illis
'nis simillima videntur, quae sanguinis abundantia ex ple-
)ra constitutionali oriuntur. Ideo debilitas illa plethorico-
n falsa nominabatur; cutis arida, pallida, marmoris instar
;, extremitates frigidae, venae aut plane evanidae aut rosa-
ıe, quasi sero impletae sunt, quia cor sanguinem nullum,
em impellat, habet; pulsus parvus, debilis, filiformis. Sin
ro corporis organa non satis sanguine explentur, eoque
ıle nutriuntur, plus minusve, quod ad normalem attinet
ıctionem, perturbantur, unde cujusvis corporis actionis ve-
tativae depressio, ventriculus cibis deglutitis oppressionem
ıtit, ructus etc. Digestio valde laborat, qui status objective
lingua pallida, siccata atque siti vehementissima cognosci-
r. Ex eadem causa cutis ariditas exoritur. Aeque cerebri
ıctiones mentales sunt oppressae, atque musculorum vis ad
nimum redacta; aegroti lassos et fatigatos sese sentiunt,
)tuque jam minimo lipothymia petuntur. Idem enim est,

num cerebri functio oppletione, an depletione deprimatur; quare quemque laborem horrens aegroti, quamvis mentis actionem evitant, brevibus verbis, apathiam demonstrant veram. Haec animi lassitudo in causa fuit, ut ista sequela haemorrhagiarum cum fatuitate confunderetur; similitudo etiam saepe insomnii lenibusque deliriis, comitatis subsultu tendinum, convulsionibus ad vesperem augetur. Interdum hic status, praesertim quum medicus haemorrhagia jam antea sponte sanata advenit, cum deliriis febrilibus aut encephalitide confunditur. Complexum quidem symptomatum non dissimilem esse illis morborum sanguinis negari non potest; attamen decursus morbi, ut error evitetur, sufficit, diagnosisque certa maxime necessaria, quum cura contraria esse debeat (China, vinum etc. minime venae sectio). Si naturae vi medicatrice vel aptis medicamentis vi servatur, signa periculosa sensim mitigantur, quantitate sanguinis aucta; sive in pejus vertitur res, symptomata vehementiora redduntur, ut postea, ubi de exitu in mortem disseretur, describere tentabimus. Praeter hos per longius breviusve tempus durantes casus, usque morbi sequelae evanescunt, alia exstat malorum series consecutivorum, nunquam evanescentium, quae sensu strictiori sub exitu in sanationem partialem comprehendi deberent: organi affecti sunt topicae perturbationes non amotae, itaque prohibeas, ne functiones unquam restituantur in integrum. Frequentissime in nervis observantur, ideoque sunt mentales, ut fatuitas, memoria debilitata etc.; aut motoriae et sensitivae sunt, ut paraplegia, hemiplegia, balbutitio, musculi faucium contracti, tactus obtusus, amblyopia, amaurosis; quando cerebrum medullae spinalis sedes erat haemorrhagiae, haematemesis et melaena

rumque digestionem alteratam relinquunt. Metrorrhagiae ·pe hysteriam, melancholiam, sterilitatem relinquunt etc.

Exitus in morbum alium. Exitus modo a nobis positi de morbi natura dependent, omnesque quasi sequelae nt necessariae morbi ingressi, quarum una vel altera ne- ssarie intrare debet, quum morbus, quia est organismo positus, aut superet aut superandus sit. Nunc ad alteram tuum seriem nos vertimus, quorum conditio externe dari bet, quare non mirandum est, quando eos et in stadio mo et ultimo decursus normalis evolvi, partim uni vel eri ad sanationem vergentium exituum conjunctos conspi- nus. Primum inflammationes nobis occurrunt, quarum nnexus cum haemorrhagiis facillimus est intellectu, quum inflammationi congestionis stadium antecedat. Ut vero ngestio in inflammationem transeat, minimum saepe irrita- ntum sufficit; haud raro spirituosa atque remedia irritantia, t haemorrhagia jam exorta subito suppressa, hunc efficiunt nsitum. Aeque frequens hujus transitus causa epithemata gida super aliquam partem turgescentem sunt, quomodo g. ex congestione ad nares saepius inflammationes oculo- m oriuntur, encephalitis, arachnitis etc. aut, quando deor- m tendit congestio, pneumonia. Nec tamen in stadio solum ngestionis ad inflammationes observatur transitus, sed etiam nguine jam ejecto, qui nunc irritat, atque novam efficit ngestionem et reactionem physiologicam ad sanguinem re- ovendam, ut in apoplexia cerebrali, ad quam si irritatio terna advenit, v. c. arnica imprudenter adhibita, statim ngestio physiologice necessaria in inflammationem patholo- cam mutatur. Non semper inflammatio hoc modo evolvitur,

nec necesse haemorrhagiam evanescere; saepe ambo mork in eodem organo, altera in parte haemorrhagia, in altera in flammatio exorta, observantur, saepissime in pulmonibus, at que quidem forma solum leniori pneumorrhagiae. Idem cernitur in renibus, praecipue si haemorrhagia irritamenti specificis erat producta (terebinthino, cantharidibus) atque haemorrhagia frigore oppressa. Inflammatio interdum quoque remedium sanguinis retinendi fit, ita ut, inflammatione resoluta haemorrhagia redeat, uti in pulmonibus atque utero. Hae matemesis raro in inflammationem acutam sed chronica plerumque transit, quae saepe exulcerationibus telarum ven triculi, praesertim dyspepsia congestione orta finitur. Mor bum in stadio congestionis functione affecti organi dele abortive decursum facere posse, jam memoravimus. Qu caussa omissa, aliis rebus prohibetur morbus, quominus nor maliter decurrat atque secretione finiatur sanguinea; quib in casibus sanguinis effluentis loco hydrops oritur. Verisim liter apud individua quaedam modo efficitur, quorum sangu nis mixtio jam antea erat alienata, quin etiam dissoluta, in chloroticis; hydrops tum semper est localis, veluti in ce rebro. Apud scorbuticos etiam haec res apparet. Hydro crebrior vero, quando morbus jam secretionis stadium in trarat, observatur, ubi inanitionis sequela est sanguinis. I circo revera non transitus in alium morbum, sed evolutio naturalis sequela nominari potest. Pejoris ominis aquae effluxus in cavitates conclusas, ut in cerebri ventricul propter functiones vehementer turbatas. Saepe hydroceph lus, saugnine iterum resorpto, chronicus senilis, atq oedema pulmonum post haemorrhagias ingentes, aetate pra

rtim provectiore, usu venit. Aqua in telam cellulosam ngeritur, quae singulas cellulas aërophoras conjungit; aeoti magna cum molestia respirant diaphragmatis ope; in u erecto dolor pungens abest, oppressio autem vehemens est. Stethoscopii usu rhonchus mucosus auditur, secretio inae parca, paulloque post intumescentiae extremitatum dematosae signa apparent. Transitus non minus frequens tuberculosin atque lithiasin nominetur; jam veteres, pulmonum haemorrhagiis oriri posse tubercula contenderunt, am sententiam autem Laennec repudiat, non esse haerrhagiam tuberculorum caussam, sed vice versa tubercula emorrhagiarum ratus. Schoenlein veteribus consentit. extravasatum, inquit, non uno tenore, sed in speciem tarum per pulmonum parenchyma est dispersum, corpore ı dyscrasia, ut scrophulosi, affecto, guttae illae sanguiie, quasi crystallisationis puncta, copiam succorum morboum attrahere possunt, ita ut materia tuberculosa, cepae tar, iis circumvolvatur. Ceterum quum inter omnes cont, eodem modo sanguinem extravasatum saepe lapidum i renalium causam et vesicae, quorum in centro postea or ruber conspiciatur, secundum analysin chemicam revera matino productus: intelligi non potest, quid in pulmonum enchymate materiam tuberculosam circa sanguinis guttas oni prohibeat; ut in renibus arthritis plerumque acidum calcariam producit ad lapidem formandum, ita scrophulomateriam tuberculosam ad circumvolutionem sparsorum guinis punctionem offert. Exitus in phthisin non raro madvertitur.

Exitus in mortem. Praeter exitus modo relatos

morbus finem lethalem habere potest, vario modo advectum. Saepissime mors magnae sanguinis jacturae sequela, viribus haemorrhagia exhaustis, cum illis inanitionis signis supra descriptis accedit. Quando exitus lethalis imminet, omnia symptomata vehementiora fiunt, atque celerius ad finem pergunt, dum, morbo bonam in partem vergente, signa diminuuntur periculosa, sensimque ad statum normalem redeunt.

Plerumque huic fini vehementes nervorum affectiones pracire solent, ut convulsiones et spasmi vehementissimi, qui sensim decrescentes et debiliores redditi, transeunt in lipothymias, inter quas aegroti moriuntur. Lipothymiae illae accuratissime sunt considerandae, quod errorum occasionem magnorum permutationisque cum illis, quibus natura haemorrhagiis supprimendis utitur, dare possunt; hoc loco autem methodus exspectativa falsissima esset. Fortasse haec symptomata similia parvo labore discerni possunt, nam animi deliquia maligna semper anaemiae signa sequuntur, appropinquant itaque languore modo praecedente atque lassitudine, pulsus parvus, debilis, filiformis, oculi solvuntur, extremitates frigidae, ictus cordis celer, vix tangendus, visus niger, vertigo in situ erecto, quae interdum in situ horizontali evanescit, convulsiones ex debilitate aut comitantes aut introducentes. Sanguis effluens aquae est similis. Illae vero salubres lipothymiae subito intrant uno cum impetu atque haemorrhagiae initio, quare non inanitionis signa (ne cum apoplexia confundas, cave), sanguis ruber, sese coagulans atque mediis solum, quae pervasit, alienatus est; contra omnia adhuc plethorae ac congestionis signa ad locum affectum adsunt.

Exitus lethalis frequentissime videtur in haematemesi, in nelaena, ubi abdomen magis magisque tumescit, fluctuatio oritur, secessus involuntarii, sanguine mixti; pulsu denique evanescente facieque decomposita, mors intrat.

Attamen etiam si sanguis non tam copiose effluxit, ut irium exhaustione vita exstinguatur, mors nihilominus eo advehi potest, quod functio organi ad vitam necessarii deleatur, ut directe, quando sanguis in organum ipsum effunditur, v. c. n cerebrum, compressione in medullam oblongatam, vel in ulmones, ita ut oxygenii resorptio mechanice prohibeatur; ut indirecte, quod sanguis in organa non absolute ad vitam ecessaria secernitur, in via autem sua ad lucem functiones rohibet dignas, ut sanguis, si in haematemesi in ventriculum ffusus ad oris cavitatem ascendit, ibique coagulatus glottiem concludit, mortem efficiat suffocatione. Quando oranum nobile afficitur, saepe aegroti mortem obeunt, anequam revera sanguinis effluvium intrarat: oppletio enim rgani in stadio congestivo jam ad auferendam sufficit funtionem. Quod quidem rarius fit, attamen interdum in apolexiae cerebralis stadio congestivo observatur. His causis missis, mors etiam reactione corporis generali, febri nempe ecundaria, consequitur, quae tum torporis vel putrescentiae haracterem, ut supra descripsimus, prae se ferre solet. ic non de febri illa loquimur, quae ex inanitione sanguinis ritur, vel quae transitum in alios morbos comitatur, ut feris hectica, sed de ea, quae ex dissolutione sanguinis orinem ducit. Facillime etiam mors transitu in alium morbum, raesertim in hydropem atque tuberculosin, adduci potest.

SECTIO.

Cadaverum sectio, morte vario modo atque variis in stadiis intrante, varias organorum mutationes demonstrat quibus autem aliquid commune semper inest. Plerumque adest vasorum oppletio organi affecti, quae volumine, variis in organis plus minusve aucto, satis cognoscitur. Maxime in oculos cadit, quando sedes erat cerebrum aut pulmones quae organa ab circumdantibus parietibus angustis liberata ex cavitate et situ super margines circumferentes prominent Sanguinis oppletio quoque condensationem auctam graviusqu pondus producit. Oculis haec mutatio status normalis propri propter sanguinem perlucentem rubore cognoscitur, qui vald varius esse potest, ita ut saepe cum inflammationibus con fundatur: omnes ruboris gradus, ab rosaceo per violaceun usque ad caeruleo-nigrum cernuntur. Quae modification non de congestionis vehementia solum, id est de copia san guinis influentis, dependent, sed etiam vasorum distributior generantur: praevalentibus scilicet arteriis, rubor est lucidi quam venis, obscuriorem ducentibus sanguinem, praeponde rantibus. Congestionis rubor internae facilis ab inflammator est discretu; aliis inflammationis omissis signis, e. g. pseu docrisibus, pure, lympha plastica, quamvis ambo non si abstergenda fungo, congestiva rubedo reprimi potest, du inflammatoria semper in loco affecto remanet. Secretio autem jam inita in loco affecto vel ejus regione plus m nusve reperitur sanguinis effusi, qui, quando parietes circun dantes vel ductus efferentes adsunt, aut leges hydrostatic

sequitur, aut coagulatus cavitatis circumdantis accipit formam. Quod ad qualitatem attinet, sanguis valde variegatus est, quae res et ex substantiis chemicis pendet, quibuscum in organis affectis vel inter viam efferentem miscetur, et ex tempore, quod morbus percurrit, et e stadio, in quo aegrotus diem obiit supremum. Sanguis igitur morbo sensim progrediente dissoluto atque putrido simillimus, morboque sanationem jam petente processibus physiologicis mutatus, e. g. in apoplexia cerebrali morte inter resorptionem intrante, ut supra descripsimus, observatur. Morte per transitus in morbum alium producta necessario adsunt materiales illae mutationes, quae nos morbos consecutivos comitantur, ut serum exsudatum, tubercula, inflammatio ejusque exitus. Quum sanguinis connexus cum organo affecto necessarius sit, inanitionis sanguinis caussa in organis antagonisticis vel totius corporis, quae jam satis inter morbi decursum, subjective e frigoris sensu, praecipue in extremitatibus, objective autem ex pallida cute, animadverti poterat, hic reperitur. Dextro in corde eadem de caussa paululum sanguinis coagulati invenitur. Quum morbus saepe in degeneratione cordis positus sit, has degenerationes organicas non defuturas per se intelligitur.

PROGNOSIS.

E morbi natura ejusque decursu descripto dignitas vitae valetudinisque conservandae facillime intelligitur, atque prognosin non modo, quod attinet ad singulas formas, sed etiam in morbis singulis valde variam esse patet. His momentis potissimum statuitur:

1. Situ organorum. Quanto magis superficialia sunt, tanto melior prognosis, quum et medicamenta aptissima efficacissimaque applicari possint, et sanguis effluat; symptomata secundaria, saepissime mortem ex functionis laesione efficientia non tam minantia sunt.

2. Majoris autem ponderis organi affecti dignitas est, quae quo major, eo pejor prognosis. Apoplexia spinalis periculosior cerebrali propter dignitatem medullae spinalis vitae vegetativae. Extravasatum sanguinis pulmonum parenchymatis pejus quam intestini; quin etiam locus organi respiciendus. Ita haemorrhagiae cerebri varii sunt momenti pro vita servanda: si illam cerebri partem centralem arripiunt, in qua omnes fibrae cruciare atque circumvolvere sese videntur (basin encephali, pontem Varolii), magis periclitatur vita, quam cum effunditur sanguis in hemisphaeria.

3. Vehementiam atque crebritatem haemorrhagiae grave ad prognosin constituendum momentum praebere elucet, quum omnia symptomata hac ex re dependeant. His ex rebus praecipue sanguinis inanitio atque ille tam gravis morbus consecutivus, hydrops, originem ducit, quoniam simul cum sanguinis quantitate qualitas quoque mutatur, cujus species pretium habet prognosticum.

4. In eodem connexu febris dignitas versatur prognostica. Quum enim febris primaria, cum charactere erethismi aut synochae ingrediens, initio modo morbi appareat, ideoque cura etiam apta sananda sit atque indicet, corpus nondum sanguine amisso debilitatum esse, prognosis multo melior quam in febribus torpidis.

5. Ceterum prognosis, ut in omnibus aliis morbis, ex

aegrotorum individualitate suspensa est: nam aegrotus, in quo vis naturae medicatrix debilior, ut extravasati resorptio non ita facile efficiatur, in majore periculo versatur, quam aetas robusta, qua non solum resorptio, sed etiam recreatio facile efficitur. Item aetatem liquet puerilem vehementissime affici ac plerumque succumbere, quum jam pauxillo sanguinis amisso exhauriatur, ut saepissime apud minimas neonatorum haemorrhagias ex recto videtur. Periculum complicatione cum aliis morbis accedente valde augetur.

THERAPIA.

Ad axiomata jam curae generalia atque indicationes transimus.

Indicatio causalis. Quum momenta causalia partim atmosphaerica, partim hereditaria, partim constitutionalia amoveri non possint, indicatio causalis pertinet modo ad removenda atque evitanda intervenientia momenta. Prophylactica igitur tantum esse poterit.

Primum nobis praedispositio illa hereditaria ad haemorrhagias, quam supra depinximus, ex laesione minima haemorrhagiam efficiens vehementissimam occurrit. Qua praetermissa, ante omnia constitutio illa irritabilis sanguinea attentione maxima est digna, quae saepissime haemorrhagiarum causa et plethora vera appellata est. Sunt quidem, quorum organa sanguinem parantia tantopere evoluta sint, ut nutrimenta qualiacunque commutentur in sanguinem. Robusti atque athletici, valetudine florente praediti videntur, functiones autem ferme omnes corpori non respondentes exsequuntur. Magnam scu-

tiunt debilitatem, musculis robustissimis apparentibus, motione atque attentione fatigantur minima, quae quidem debilitas spuria est appellata; inquiete dormiunt, atque dormientes non roborantur, secretiones diminutae esse solent, sedes durae atque obstructiones, cutis sicca, arida, urina parca, saturata, quamquam non flammea; pulsus durus, plenus et quiete aegrotis versantibus tardus, celer post coenam. Lingua obtecta, sensim desiderii ciborum inopia accedit, quin etiam taedium; semper potus temperantes postulant, quod calore sanguinis copia exorto producitur. Indicatio huic habitui respondens ea est, ut, quantum fieri potest, haemorrhagiam imminentem praeveniamus, remediis aut cor temperantibus, aut in organa periclitantia vim suam exserentibus. Primum locum sanguinis mutatio meretur, praecipue diaeta commutata: nutrimenta facile digerenda, nec partes nutrientes continentia, sed vegetabilia, praecipue folia, nec radices, tubera, leguminosa esse debent; maxime obsonia secretiones augentia sunt commendanda: petroselinum, apium graveolens dulce, asparagus, fruges dulces, minimum carnis, modo quidem caro alba et macilenta. Cibi amylo atque ovis parati plane sunt rejiciendi. Item diligenter potus eligi debet, eo magis, quum aegroti siti vehementissima plerumque cruciati, quantitatem maximam nec homoeopathicam potent. Vinum, cerevisia, praecipue amara, propter alcoholis copiam, coffea, thea non admittenda; aptissima aqua fontana aut limonata erit. Idem motione et activa et passiva assequi licet, quam quidem aegroti semper propter intentionem negligunt, quin etiam fugiunt; medicus autem motiones postulare ne desinat. Ne aegrotus soli exponatur, mane aut vesperi sub arborum umbra ambulet, lignum ei scindendum atque in

nortis laborandum; etiam mens alenda. Quum homines talis constitutionis frigore atque calore magno male afficiantur, emperatura, in qua vivunt, semper media, inter quatuordecim t quindecim gradus, esse debet. Quod autem conditiones limaticae aegroti pendent e domicilio, ut inter aestum magnum n regiones montanas proficiscatur, suadendum. Ubi conditiones pecuniariae loci mutationes non permittunt, aestus obnoius atque molestus aquae vaporibus cellulae inditis imminuendus, ratioque bene habenda organi affecti, irritamenta pecifica evitanda, e. g. in apoplexia pulmonali clamationes. jusdem momenti sustentatio omnium secretionum est, praecique in organis periclitantibus oppositis ante omnia medicus ntestini secretiones nunquam negligat. Hac in re non aegroti erbis credat, sed ipse videat, num excreti copia respondeat otis. Excretiones copiosae atque regulares esse debent, et bi non sunt, salibus mediis temperantibus producantur; aquae ninerales hic sunt aptissimae, carbonicae evitentur, quod acium carbonicum effugiens vasorum systema irritat.

Indicatio morbi. Si tamen morbus excolitur, novae urae indicationes, secundum stadium, varie modificatae accedunt: namque morbus adhuc in congestionis stadio versans, e ad haemorrhagiam progrediatur, medicus prohibeat: quod rgani periclitantis evacuatione efficitur, eoque modo, ut sanuis iterum sese accumulare impediatur. Depletio sanguinis etractione aut topica aut generali efficitur; quaeritur nunc, tra sit adhibenda. Generalis ante omnia postulatur, quando rganum periclitans ad vitam absolute necessarium est, ita ut ppletio, quin etiam secretio illico mortem afferre possit: in poplexia et cerebrali et spinali et pulmonum; ubi transitus

in stadium secundum timendus, ubi congestio irritatione febril comitatur, atque eadem cum synochae charactere ingreditur Praeterea ex individualitate dependet: dum enim in habit plethorico sine timore scalpello utendum, apud scorbutico et chloroticos venaesectio maximam partem non modo non necessaria, sed etiam saepissime est obnoxia; et locus, qu sanguinis depletio instituenda, nequaquam ejusdem pretii est saepissime ea vena est eligenda, quae organo periclitanti pro xima, ut in apoplexia cerebrali jugularis, in pulmonali media na. Multum de periculis jugularis sectionis venae disputatu est, non autem haec res tam gravis; Marcus saepissime e usus est, atque jam idcirco facile instituenda, cum valde dila tata sit. In aliis minus periculosis casibus vena responder aliqua aperiatur, ut sanguinis detractio non solum depletiv sed etiam derivative vim suam exserat: e. g. in haemorrhagi supra diaphragma vena saphaena, in metrorrhagiis median aperiatur. Extra has sanguinis depletiones nequaquam topic sunt negligendae, quae praecipue apud haemorrhagias ex o ganis internis magnopere adjuvant. Apud congestiones cere brales, apud renum atque ventriculi haemorrhagias caput r sunt. Oppletione hoc modo devicta, ne denuo oriatur, vider dum, quod genere triplici adipisci potes, quae genera sim plerumque adhiberi possunt.

Derivatione directa. Ibi frigus remedium bene e efficax, quod, directe ad organum affectum applicatum, id in contractionis statu ponit et hocce modo sanguinem retin appetentem. Non omnibus autem locis adhibere licet: apu cerebri medullaeque spinalis congestionem commendandum aliis locis, ut pulmonibus, obnoxium tantum fugiendum c

orbi ipsi idem non lubenter tolerant, nec injuria, quod saepissime inflammatio adhibitum sequitur. Aliud remedium, numquam negligendum aegroti est situs, quo sanguis appetens organum affectum retineatur, ut in haemorrhagiis supra diaphragma positio sedens, in metrorrhagia pelvis erecta. Diaetam hoc loco maximi esse momenti facile liquet; praesertim omnes irritationes specificae caute sunt vitandae; ad cerebri congestionem intentio quaeque mentis, ad congestionem pulmonum aër mechanice contaminatus.

Derivatione indirecta sanguinis massae ad organa physiologice aut anatomice contraria, quam efficimus balneis localibus calidis, quae saepissime adhiberi solent, quorumque propter temperaturam auctam, remediis rubefacientibus, sinapis farina, potasse etc. valde augeri potest. Proximis temporibus balnea frigida localia adhibita aliquid valere, atque secundum Schoenlein maximo cum jure et effectu, incipiebant, remedium, quod aspectu primo illi antea nominato plane contrarium nobis apparet. Attamen revera amborum effectus sunt iidem: nam organon, cui sanguinis massa adducenda, non constanter (hoc casu sanguis depelleretur,) sed per aliquot tantum momenta aquae frigidae exponi debet; quod experimentum saepissime repetatur. Prima frigoris vi, vasorum nempe contractione finita, statim potestas contraria, turgescentia vehemens, irritatione repetita, adhuc augenda intrat; sanguis appetit. Quod attinet ad hunc effectum, aqua frigida plane adnumeranda ad media irritantia. Apud homines eos, qui semper pedibus frigidis, extremitatibus pallidis atque gelidis laborant, balnea calida minime bonum effectum, ut frigida, habent. Pedes autem nonnulla modo per momenta immergere

licet, atque deinde scopulis setosis lanaque teri debent. Fri-gus non pedum solum balnei, sed aliorum etiam balneoru forma adhibetur. Vi aequali, quin etiam vehementiori reme-dium, cucurbitulas siccas nominamus; praecipue ad apoplexia cerebralem atque pulmonalem, ubi simul sanguinis antagonisti inopia partium externarum observatur, incredibilia efficiun His in casibus autem non parvae, sed, ut Francogalli adhibe-bant primi, extremitatem tegentes totam. Momentis jam prae-terlapsis membrum tali modo turgescit, ut, vi aliquantu adhuc temporis applicata, sanguis sensim permanet. Maxi turgescentia quaedam atque rubor sufficit. Alia derivatio methodus est per intestinum atque renes, ita ut intesti apud apoplexiam cerebralem praecipue pulmonumque utam Optimae sequelae, remediis purgantibus adhibitis, observantu drastica ipsa vehementissima : non in haemorrhagiis tant afebrilibus, sed febribus etiam cum charactere sthenico or nare licet; hoc in casu cum salibus mediis commixta: Inf. Senn Jalapa, Gummigutta, Calomel, ita ut sedes sex ad dec aquosae sequantur. Hisce cum remediis impulsu dato, secreti nem salibus mediis moderato modo sustineas. Secretio renes diureticis remediis efficitur; ne autem irritantia inflammantia adhibeas, valde cave, nisi irritatio quaeque va rum deficit, atque decursus lentus torpidusque est. Hoc casu terebinthinae aliquid, cantharidum adeo dare licet; autem vasorum irritatio minima, diureticis antiphlogisticis, aq mineralibus aut salibus mediis, utendum.

Tertiam viam sanguinis iterum appetentis opplettion impediendi in directione ad organum ipsum centrale invenim dum nempe cordis actionem diminuere conamur. Cujus in

tionis remedium optimum Digitalis nominari meretur; pote-
as ejus major pulsus ictuum est diminutio; praeterea autem,
uare etiam ad seriem modo nominatum pertinet, renum fun-
iones excitat. Praecipue in his casibus, quo momentum cau-
le e corde evadit, est illud medicamen indicatum, et in irri-
bilitate mox praeterlabente et in hypertrophia. Generaliter
vasorum systematis, irritatione sive ex sensibilitate nervosa
u reactione febrili, eo optimo cum effectu utimur. Aliud
oque remedium respiciendum est aconitum, cujus Stokes
oriosissime jam memoriam fecit, quodque tali modo sese
obavit, ut a medicis homoeopathicis ipsis saepe adhibeatur.
choenlein item multis probavit experimentis, atque non-
llis in casibus Digitali esse praeferendum contendit. Apud
um statum plethoricum cum irritabilitate magna conjunctum,
n autem characteris torpidi, Digitali substitui non potest.
rvis tantum dosibus, a gr. $\frac{1}{10}$ ad gr. $\frac{1}{2}$, aut tincturae
t. j praebere licet; majores doses, jam ex initio, aegroti
n tolerant. Iste est status, de quo jam supra diximus,
emorrhagiarum dispositione, quisque tam saepe medicos
icit in errorem, quod aegrotis rogantibus repetitas faciunt
naesectiones. Hac re auxilium quidem momentaneum affertur;
nguis autem tam velociter resarcitur, ut aegrotis petentibus,
naesectiones repetantur, atque quo saepius fiunt, eo celerius
se sequantur, ita ut hac sanguinis extenuatione (quod sanguis
modo substantias accipit aquosas, quo firmas amittit) per-
cies oriatur totalis. Tum ad stillicidium sensim, ad hydropem
nit, aut, in feminis praecipue irritabilibus, maxima oritur
nsibilitas; quae ad hysteriam pertinentem dicunt, ut medico
actanti negotium fiat difficillimum. Aegroti precationibus

itaque obsequi, valde caveas, atque ubi venaesectiones illa saepe repetebantur, aegrotos ab his desuefacere conemur.

Praeter diaetam nutrientem, plane autem non irritanten ibi aconitum remedium efficacissimum commendetur, cujus vin frigore attente adhibito, initio frigida lotione, valde adjuvamus

---

VITA.

Ego GUSTAVUS THEODORUS ALEXANDER UNGER Berolini anno MDCCCXX idibus Septembribus, patre LEOPOLDO, viro privato, et matre FRIDERICA e gente NEUMANN quos adhuc viventes ex initimo corde diligo atque amo, natu et baptismate fidei evangelicae addictus sum.

Primis litterarum rudimentis domi imbutus; ut scientiarum studio majori me dicaturus, in gymnasio Friderico-Werderano quod tum Directore Dr. RIBBECK florebat, primum facerem initium, pater voluit. Ibi appetebam classem secundam; tum collegium Francogallicum, Directore Dr. PALMIE, viro excellentissimo, per annos duos frequentavi.

Maturitatis examen in gymnasio Coloniensi, director ingeniosissimo Dr. AUGUST, superavi, quo testimonio accepto anno MDCCCXXXVIII a Rectore magnifico Dr. BOECKH civibus hujus urbis academicis addictus et a Decano Dr. SCHULTZ rite inscriptus, hasce frequentavi praelectiones: Logicen e metaphysicam Ill. ab HENNING, psychologiam Ill. TRENDELENBURG, physicen experimentalem Cel. TURTE, chemiam

Ill. MITSCHERLICH, botanicam Ill. KUNTH, mineralogiam Ill. WEISS, zoologiam Ill. LICHTENSTEIN. Porro Physiologiam Cel. ECK, anatomiam hominis Ill. MUELLER, chirurgiam Ill. JUENGKEN, pathologiam et therapiam specialem Cel. REICH. Clinicas has frequentavi: chirurgicam Ill. DIEFFENBACH et Ill. JUENGKEN, medicam Ill. SCHOENLEIN et Cel. WOLFF, obstetriciam Cel. KLUGE, medicam et chirurgicam Cel. TRUESTEDT; quibus omnibus viris, maxime de me meritis, gratias nunc ago et semper habébo quam maximas.

Jam vero tentaminibus, et philosophico et medico, nec non examine rigoroso coram gratioso medicorum ordine absolutis, spero fore, ut, dissertatione thesibusque rite defensis, summi mihi concedantur in medicina et chirurgia honores.

THESES.

1. Phlebotomo elastico scalpellum est praeferendum.
2. Gonorrhoeam ab initio jam cubebis tractare licet.
3. Aptus mercurii usus corpori nunquam nocet.
4. Mensium perpetuitas nullum graviditatis impedimentum.

THESES.

1. Phlebotomo elastico scalpellum est praeferendum.
2. Gonorrhoeam ab initio jam cubebis tractare licet.
3. Aptus mercurii usus corpori nunquam nocet.
4. Mensium perpetuitas nullum graviditatis impedimentum.

NARROW GUTTERS
(1-2 CHARACTERS
LOST ON
SEVERAL PAGES)